

phitha gorica silentia & orfeicas distruamus fabulas / confutemus
praesumptam illā pytha gorum da magistro sententiam quod
est ipse dixit. arguamus platonis ideas transfundendae per diuer
sas corporum species animae opinionem quam esse nocymatos in
uocant / & circuitus quosdam per diuersas uitas animarum nostra
rū & reminiscentias, Et caetera his similia inpugnemus epicurum
dm̄ / non sentientē & prouidentia denecantem / dicamus aduersū
uitam eius & libidinem / quā contra decus phylosofiae summum
bonū esse pronuntiat. Et expugnemus arguamus aristotelis an
gustam de prouidentia sententiam & artem uerborum eius infide
lem & rationes quas de anima protulit & dogmata humana poti
us quam diuina, Inclinemus elatum scoicorū supercilium cyni
corum de triuiolem & gaelae deditum ritum expugnemus ua
nitatem ridiculosis fabulis / plenam eorum / qui multitudines
adserunt deorū / qui sacrificia simulacris offerunt, Qui de mo
nib. malis & bonis libant / moueamur aduersū eos qui diuinatio
nes qui auspicia / qui auguraciones / qui inuocationes demonum ce
teraque similia portentia mirantur, desudemus aduersum eos qui uitas
suas astrorū motibus uel cursibus pensant. qui suam neglegentiā
adq. desidiam fato & astris reputant, Et inconprehensibilem
diuine prouidentiae dispensationem fortunae casibus caecae uta
iunt & ludentis adscribunt, Quod si indigna tibi haec uidetur &
parua aduersū eos quae disputationū tuarum tela contorque
as, Velut a multis sepe conuicta & frequenter elisa & iuuat magis
in nostris & propriis exerceri, Ego tibi etiam in his apertos prae
parabo certaminū campos, Disputa de mundo materia dis
puta de anima de rationibilibus naturis, de resurrectionis
gloriae, De iuditio de retributione de passionibus xpi de his
& enim & comprehendere quod uerū est / inutile non erit /
& errare in alico periculū non habet ad dō,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0172